

27  
 ¶ **S**ed quod haec commemoras Cunctos certe. quos sub-  
 limes. quos excellētes. quos honore. laude et  
 fama viros prestātes aspiciunt. nō nisi apud  
 reges tales incepisse. aut reges tales effecisse  
 liquido operimus. Nec enim ab re laudata il-  
 la in sacris sc̄is regina Saba. beatos et felices  
 dicebat. nō mō eos qui Salomoni regi assiste-  
 bāt. sed et qui ei obsequebātur. Ex quib; liq̄ do  
 constat. q̄ honorabilis sit vite formula in regū  
 curijs versari. Nec et similia amici suadebāt.  
 ut hoc viuēdi genus diligerem.

**C**apitulū quartū de laboribus. oneribus et  
 incōmodis. ac periculis potētum curialium. ac  
 fauores curias seu officia principū sequētium.  
 in quo capitulo et trib; rubricellis sequētibus  
 specialit̄ agit de septem vicijs. que officiales  
 regū et curiales comitantur. Agit etiā de cala-  
 mitatib; procuratorū regū. et alia officia exer-  
 cētū. et an in curijs regū acq̄rat̄ verus honor.

**R**emebat stupida bona mat̄ haec au-  
 diēs. clamabat alta voce latere sub  
 herba anguē. nec ut dicebat venena  
 dātur nisi melle circūlīmita. Et q̄q̄ potētum  
 ac curialium vita a prelocutorib; plurimum  
 laudata existat. sub eius tñ fronte. plurima